



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

74. Nova semper in dies &c. Declaratio nullitatis Præcepti, seu Mandati à  
quodam delegato asserti Tribunalis Monarchiæ Siculæ nuncupati ad  
impediendam, executionem Litterarum, Decretorum, Mandatorum, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

Jesu, & quorumvis Monasteriorum, Conventuum, Ecclesiarum, Locorum piorum, aliisque quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac prescriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, ac Monasteriis, Conventibus, Ecclesiis, & Locis piis praedictis, illorumque respectivè Superioribus, aliisque quibuslibet personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissimè mentione dignis, à Sede praedicta ex quacumque causa, etiam per viam contractus, & remunerationis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, seu ad quarumcumque personarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Ecclesiastica Dignitate fulgentium instantiam, aut earum contemplatione, seu alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specificis, expressis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex qua forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentibus, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Ut autem eadem praesentes literae ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiae Lateranensis, ac Basilicae Principis Apostolorum, nec non Cancellariae Apostolicae, Curiaeque generalis in Monte Citorio, & in Aede Campi Florae de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illae concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatae fuissent; Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum in Aede Gandulphi Albanensis Diocesis sub Anno Piscatoris die vi. Novembris MDCCXIV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimoquarto, Indictione septima, die vero nona Novembris, Pontificatus SS. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papae XI. Anno decimoquarto, supradictae Literae Apostolicae affixae, & publicatae fuerunt ad valvas Ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, Curiae Generalis in Monte Citorio, in Aede Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Ludovicum Cappellum Apostolicum Cursorem.

Antonius Placentinus Magister Curs.

## DECLARATIO

Nullitatis Praecepti, seu Mandati à quodam Delegato asserti Tribunalis Monarchiae Siciliae nuncupati ad impediendam executionem Literarum, Decretorum, Mandatorum, aliorumque Rescriptorum Apostolicorum promulgati, ac ab eo per universam Diocesim Catanensem transmissi, cum ejusdem Praecepti, seu Mandati, ac inde secutorum, & secutorum quorumcumque reprobatione, damnatione, & abolitione.

## CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

**N**Ova semper in dies, ut alias non semel diximus, & semper acerbiora ex Regno Siciliae ad Nos afferuntur. Nuper siquidem Nobis innovit, quod ille idem Cajetanus Buglio, qui dudum, uti Delegatus praetens Tribunalis Monarchiae Siciliae nuncupati, generale Interdictum, cui Venerabilis Frater Andreas Episcopus Catanensis de sua Civitate Catanensi, ejusque Diocesi, per execrabilem Saecularis potestatis abulum ejectionis, in actu ejusmodi suae ejectionis Civitatem, ac Diocesim praefatas non ita pridem jussu nostro subjecerat, nullum, irritum, injustum, ac illegitimum, speciali suo in eadem Civitate Catanensi ad id promulgato Edicto, temerè declaravit.

§. 1. Gravissimo hoc parato crimine minime contentus, sed secundum duritiam suam, & impenitens cor addens peccatum super peccatum, ac thesaurizans sibi iram in die irae, animo forsitan, ut stultè opinabatur, evolvendi efficaciam eorum, quae ex injuncti Nobis Apostolice muneris debito adversus ipsum, ejusque acta à Nobis decerni contigisset, ac potissimum eludendi executionem quarundam nostrarum in simili forma Brevis Literarum die xvii. Junii MDCCXIII. expeditarum, quibus non modò illius Edictum praefatum, aliaque per ipsum eà occasione vigore suae assertae Delegationis perperam gesta, cum omnibus inde secutis, & quodcumque secuturis, damnavimus, reprobavimus, cassavimus, & irritavimus, ac pro damnatis, reprobatis, cassatis, & irritis semper, & omnino haberi volumus, & mandavimus: verum etiam eundem Cajetanum, nec non Joannem Baptistam Perino Magistrum Notarium, qui memorato Edicto subscripserat, censuras omnes, & poenas Ecclesiasticas à Sacris Canonibus, generalium Conciliorum Decretis, & Apostolicis Constitutionibus, ac praesertim Literis die Cenae Domini singulis annis legi, & promulgari consuetis contra similia perpetrantes inflictae incurrisse declaravimus; sequenti mense Julio ejusdem anni; in suarum iniquitatum cumulum, impudenti non minus, quam detestabili ausu, Praeceptum quoddam, seu Mandatum edidit, illudque typis impressum, & ab eodem Joanne Baptista Perino similiter subscriptum Ecclesiasticis tam Saecularibus, quam Regularibus universae Diocesis Catanen. transmissi, ac denunciari curavit, per quod inter caetera ipsemet Apostolicae Literae, aliaque Decreta, Mandata, Edicta, Censurae, Interdicta, & Rescripta quaecumque ab hac Romana Curia, hoc est, ab hac Sancta Sede provenientia, quorum executionem Saecularis potestas minime permisset, nulla, irrita, ac, quod horrendum est, conscientiarum Christianissimorum tranquillitati adversantia, impie, & sacrilegè declarantur: gravibus constituti-

Memorat attentatum alias commissum à Cajetano Buglio Delegato affer. Monarchiae Siciliae in declaratione praetense nullitatis Interdicti Catanensis.

Refert aliud attentatum ejusdem Delegati Buglio in promulgatione Mandati de Istantis nulla esse Rescripta Sedis Apost. ni praecedat permissio executionis à Potestate Saeculari.

Affixio praesentium in Urbe vim habeat personalis incriminationis.

Fides habenda transumptis.

Publicatio.

Tenor ejusdem Mandati.

Decernitur, quod Edicta, Interdicta, vel quocunque alia Romanae Curiae Praecepta non dentur executioni absque Regio Exequatur.

Et in casu capae executionis omnia reducuntur in primum.

Per injuriam asseritur Romanae Curiae ordinationes vergeri in damnum publicae quietis & jurium Regnorum.

tis poenis adversus eos, qui illa quovis modo executi fuissent, & alias, prout uberius continetur in eodem Praecepto, seu Mandato, quod non alio quidem, quam illud penitus, & omnino damnandi, & anathematizandi animo praesentibus inferendum duximus, tenoris, qui sequitur, videlicet: *Portiero. D'ordine del Reverendissimo Dottor Don Gaetano Buglio Decano, e prima Dignità di questa Santa Proto Metropolitana Chiesa di Messina, Commissario Ordinario del Tribunale del Sanct' Offizio, e Santissima Inquisitione, e Delegato del Tribunale della Regia Monarchia di questo Regno di Sicilia, non solo Ordinario in questa Città di Messina, ma ancora Delegato speciale in Causa dato d' al' Illustriss. e Reverendissimo Dottor D. Francesco Miranda e Gayarre del Consiglio di Sua Maestà (che la Divina guardi) e suo Giudice Ordinario dell' Apostolica Legazia, e Regia Monarchia in questa Regno di Sicilia in, virtù di lettere spedite dal Tribunale della medesima sotto il primo Luglio corrente presentate, & eseguite nell' Ufficio dell' istesso Buglio sotto li 11. del medesimo, injungi, ed intima con la seguente injunzione trasmessane dal Tribunale di detto Illustrissimo, e Reverendissimo Giudice: *Quatenus nel caso si pubblicassero qualsivoglia Editti, Interdicti, Censure, o altri qualsivoglia Ordini, Decreti, o Rescritti, eziandio in forma Brevis della Corte Romana per qualsivoglia via, o sotto qualsivoglia Titolo, senza prima prevederli il Regio Exequatur; Per li quali, o qualsivoglia di loro direttamente, o indirettamente, tacita, o espressamente venissero revocati, lesi, e pregiudicati, o in qualsivoglia modo alterati gl' Editti publicati d' ordine di Sua Eccellenza, o d' altri d' ordine nostro, stante le speciali Commissioni per via dell' istesso Tribunale sotto li 25. Aprile, e 16. Maggio scorsi, o che rinovassero l' Interdicto, Censure, ed altre publicate d' ordine del Reverendissimo Monsignor Don Andrea Riggio Vescovo di Catania, o d' ordine di qualsivoglia Prelato, Vicario Generale, o altro Commissionato di sudetta Corte, o vero, che pubblicassero altri Editti, Interdicti, e Censure contra qualsivoglia persona di qualunque stato, e condizione, che fosse, non habbia, ne debba quelli eseguir, ne osservare, ne fare eseguir, ne osservare da proprii Suditi; Et quatenus fossero eseguiti, o in qualsivoglia modo osservati, habbia, voglia, e debba ogni cosa ridurre allo stato primiero, come se mai fossero stati li sudetti Decreti, Editti, Interdicti, e Censure ne publicati, ne osservati, ne assitati, e questo sotto pena della disgrazia di Sua Maestà, (che la Divina guardi) di privazione di voce attiva, e passiva, o di anni cinque di carceri formali per ogni Contravventore, ed altre pene riservate all' arbitrio di Sua Eccellenza, e Tribunale sudetto; e questo stante che li sudetti Decreti, Brevis, Interdicti, Rescritti, e Censure non sono nel Regno eseguiti, anzi tendono contro la pubblica quiete del Regno, contro la tranquillità delle Confinanze de Fedeli del medesimo, & in grave pregiudizio delle Regalie di Sua Maestà, (che la Divina guardi) del Regno, e di sudetto Tribunale dell' Apostolica Legazia, e Regia Monarchia, con evidente perturbazione de Popoli, scandali, ed inconvenienti, contro la pubblica quiete, & contro la disposizione delle Leggi del Regno, di più Reali Dispacci de Serenissimi Monarchi, fondati in evidentissime ragioni, avvalorate da antichissima, ed immemorabile osservanza, mai incorrotta nel corso di più secoli, ma uniforme al diritto delle Gentì, Sacri Canoni, Privilegi Apostolici, e Concordie con la Santa Sede, e stante che notoriamente sono di nessuna forza, e valore li Decreti, e Rescritti sudetti, come quelli, che tengono l' origine d' altri Decreti assolutamente non eseguiti nel Regno,**

ma emanati de facto, & ex abrupto; nullo Juris ordine servato, e senza essere intese le ragioni di Sua Maestà, del Regno, de Regnicoli, e del Fisco di sudetto Tribunale dell' Apostolica Legazia, e Regia Monarchia, senza veruna cognizione, ne discussione di Causa, e senza monizione, ne citazione alcuna, assolutamente necessaria per ogni Legge Divina, & humana, e ne meno senza citazione ad dicendum causam Quare, secondo li precetti dell' istessa Verità increata; Constituzioni Apostoliche, e Concilij Generali, e non altrimenti &c. Fiat D. D. Cajetanus Buglio Delegatus: Jo. Baptista Perino Magister Notarius.

§. 2. Cum autem in praeecepto seu Mandato hujusmodi nullum plane sit verbum per quod tam Ecclesiastica Libertas Dei ordinatione, & Canonis Sanctionibus constituta quam Apostolicae Sedis auctoritas acerbissime non laedantur: potissimum vero per ea, quae inibi continentur, illam et supra ligandi, atque solvendi potestas Beatissimo Apostolorum Principi, ejusque Successoribus à Christo Domino tradita Sacularis potestatis arbitrio per summam injuriam, atque intolerabilem temeritatem manifeste subjiciatur: nec non execrandus abusus quoquo modo impediendi executionem Literarum Apostolicarum per eosdem Sacros Canones, & plurimas notissimas Pontificias Constitutiones sub anathemate damnatus, plene conformis non tam Juri Gentium, quam ipsimet Sacris Canonibus, Privilegiis Apostolicis, ac Concordiis cum Sede praefata initis, falsò non minus, quam perverse nuncupetur: adeoque animae pretioso Salvatoris Nostri Sanguine redemptae in maxima pericula conjici possunt.

§. 3. Hinc est, quod Nos, qui quorumcumque tam ejusdem Apostolicae Sedis, quam Ecclesiasticae Jurium Assertores in terris à Domino constituti sumus, tamen, credamus Praeceptum, seu Mandatum praefertum; omniaque in eo contenta, satis, superque tam per seipsa, quam vigore eorum, quae in aliis memoratis nostris Literis pro reprobatione, irritatione, & annullatione Edicti ab eodem Cajetano dudum promulgati, nec non aliorum ab eo in vim suae auctae Delegationis gestorum, omniumque inde secutorum, & quodcumque secutorum, sicut praemittitur, editis, amplissime decrevimus, & mandavimus, pro reprobatis itidem, irritis, & omnino nullis haberi potuisse, ac debuisse, & forsitan à sanioris saltem mentis hominibus jam habita fuisse; nihilominus, cum inter tam gravia animarum pericula liberum Nobis non sit fidelibus populis documenta salutis subtrahere: nec Nos in tam aperta, atque effrenata Sacrarum Legum violatione turpiter tacere, aut Pastoralis providentiae nostrae ministerium otiosum esse velimus: omnium idcirco, & singulorum, quae in praemissis, seu eorum occasione tam ab eodem Cajetano, quam ab aliis quibuscumque in sequelam Praecepti, seu Mandati praefertum quovis modo decreta, acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, nec non praefatarum nostrarum Literarum tenorem, aliave quolibet etiam specificam, & individuum mentionem, & expressiorem requirentia, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis, ac singillatim specificatis habentes: Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, Praeceptum, seu Mandatum, praefertum, ac quaecumque in eo contenta, nec non alia à memorato Cajetano Buglio in praemissis, vel circa ea quomodocumque, & qualitercumque acta, gesta, mandata, decreta, & ordinata, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quodcumque secuturis, penitus, & omnino nulla, irrita, & invalida, injusta,

Continuatio praesentium literarum e-normitatem suprad. Mandati explicans.

Meminit irritationis a-lias facta gestorum, & agendorum per supra nominatum Delegatum Buglio.

Declarat nullitatem praefertum Mandati, ac omnium, quae exinde secuta sunt, & sequi possent

reprobata, damnata, inania, temeraria, & à non habentibus potestatem damnabiliter attentata, ac de facto præsumpta, nulliusque omnino roboris, & momenti, vel efficacitatis esse, & ab initio fuisse, ac perpetuò fore, neque illa à quoquam observari posse, vel potuisse adeòque nec ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuò itidem habere tenore præsentium declaramus.

§. 4. Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit illa omnia, & singula, & si quæ insuper præmissorum occasione, sive in eorum sequelam à prædicto Cajetano, seu ejus jussu mandato, vel nomine ab aliis quibuscunque in futurum (quod Deus avertat) agi, geri, mandari, decerni, & ordinari quomodolibet contigerit, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

§. 5. Decernentes pariter easdem præsentibus Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentie, & dignitatis existant, seu aliàs specificâ, & individuâ mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, causæque propter quas præsentibus emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex aliâ qualibet, etiam quantumvis juridicâ, & privilegiatâ causâ, colore, pretextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogeto, & inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas appellationis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientiâ & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentibus Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac quibuscumque juris, seu facti defectibus, qui adversus illas à Sæculari potissimum potestate, seu prædicto assertæ Monarchiæ Siculæ Tribunali, ad effectum impediendi, seu retardandi earum executionem, quovis modo, seu ex quavis causâ opponi, seu objici possent, minimè refragantibus, suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: Easque propterea, omnibus, & singulis per eandem Sæcularem potestatem, sive per idem assertum Tribunal quomodolibet allatis, seu afferendis impedimentis penitus, & omnino rejectis, ac nequaquam attentis, ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinatios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, aliove quoslibet quæcumque præminentiam, & potestate fungentes, & functuros: sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judi-

candi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, Nostrâ, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ de jure quæstio non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus; vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus, quantumvis longissimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, quibuscumque personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis, à Sede prædicta ex quacumque causa, etiam per viam contractus, & remunerationis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & infolius clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus, seu ad quarumcumque personarum, etiam Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Ecclesiastica Dignitate fulgentium instantiam, aut earum contemplationem, seu aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specificis, expressis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observata, exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ac præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Ut autem easdem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arcere, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimata fuissent; Utque ipsarum literarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem ipsorum fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctarum Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxix. Novembris MDCCXIV. Pontificatus nostri Anno Decimoquarto.

F. Oliverius

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo quarto, Indictione septima, die verò quarta Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Pape XI. Anno decimoquarto, supradictæ Literæ Apostolicæ affixæ,

Derogatio contrariorum.

Affixio præsentium in Urbe vim habeat persona lis intimatio nis.

Fides habenda transumptis.

Dat. die 29. Novembris 1714.

Publicatio.

Reprobat, qua præmissorum occasione fieri in posterum continget.

Decreta roborantia cum clausula sublata, & irritante.

Et publicata fuerunt ad vultus Ecclesie Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curie Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joan. Trifellium Apost. Cur.

Antonius Placentinus Mag. Cur.

LXXV.

DECLARATIO

Nullitatis, damnatio, & abolitio Edicti, seu Bannimenti à quâdam Congregatione Giunta nuncupata, per Sæcularem Potestatem Regni Sicilia deputatâ novissimè promulgati, ad effectum impediendi in eodem Regno executionem Literarum, Mandatorum, & Decretorum Apostolicorum: cum pari damnatione, & abolitione quorumcumque similium, quæ forsitan de cætero inibi eodem consilio, sive ad eundem finem quoadcumque, & quomodocumque geri, aut ordinari contigerit, itaut illis non obstantibus Literæ, Mandata, & Decreta hujusmodi omninò observari debeant: ac cum Decreto, quod illi omnes, qui ea de causâ Ecclesiasticas Censuras quovis modo incurrerunt, seu incurrent, non nisi à Sede Apostolicâ absolvi possint.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Accipimus nuper, quòd statim ac in Regno Sicilia vulgarè fuerunt quædam nostræ in simili formâ Brevis Literæ die IV. Novembris proximè præteriti expeditæ, quas pro omnimodâ, ac debitâ observandâ Ecclesiasticis Interdicti, cui Civitates, ac Dioceses Catanensis, & Agrigentina jussu nostro subiectæ reperiuntur, obtinendâ, nec non quibuscumque effugiis ad excusandam ejusdem Interdicti transgressionem exquisitis penitus præcludendis, novissimè edidimus: Sæcularis; Potestatis in eodem Regno Administrum nullam dimittentes occasionem, quæ eis offeratur, novis semper injuriis Pontificiam auctoritatem, ac jurisdictionem Ecclesiasticam impetendi, ac forsitan, tametsi inaniter, arbitantes posse earumdem Literarum Nostrarum efficaciam eludere, simulque executionem illarum ulteriorum, graviorumque deliberationum præpedire, quas Nos, ut Pastoralis muneris Nostrî debito satisficiamus, omninò suscipere compellimur, quasque ipsi sese abundè promereri minimè ignorant: absque ullâ cunctatione in Panormitanâ Civitate, ac forsitan etiam in aliis prædicti Regni Locis, promulgare præsumperunt, præfixo nomine cujusdam Congregationis, Junta nuncupatæ, specialiter deputatæ super conservatione, ac defensione jurium, & prærogativarum, quæ eidem Sæculari Potestati in illo Regno competere prætenduntur, Edictum, seu Bannimentum quoddam Typis impressum, tenoris sequentis, videlicet: Bando, & comandamento, d'ordine dell' Illustrè Giunta deputata da S. S. R. M. (che Dio guardi) sovra la conservazione, e defensione delli Reali dritti, che hà, e possiede, come Re Augusto, e Monarca in questo Regno, e di quelle prerogative, e Privilegi, che il medesimo gode, come con suo Real ordine in data di 17. Aprile 1714. Invigilando Sua Maestà (che Dio guardi) colla sua Regia protezione ed amore, all'intera conservazione de' Privilegi, ed antiche consuetudini di questo fedelissimo Regno, come della sua Real giurisdizione, ed antichissima preminenza della Legazia Apostolica, e Regia Monarchia, si per sostegno de' dritti toccanti alla sua Real Corona, che d.lla giusta difesa, e buon governo de

Bullar. Rom. Continuat. Pars II.

sui Vassalli, accordando anche su questi punti quill' providenze supplicati, dal G. no. al Parlamento di nuovo in questa felice, e fedelissima Città di Palermo capo di questo Regno sotto li 7. del m. scorso Marzo composto datre Bracci, Ecclesiastico, Militare, e Democratico rapp'esentate il Regno tutto; ha determinato stabilire una Giunta di Ministri, quali debbano invigilare con particular zelo, attenzione, e cura, perche venghino orviati, ed impediti gl'inconvenienti, e riparati tutti i pregiudici, che potessero in qual he maniera indursi. Essendoli servita la Maestà Sua per sua Real benignità appoggiata e à noi Don Giuseppe Fernandez, Presiden e del Tribunale della Regia Gran Corte, Don Antonino Nigri Presidente del Tribunal del Concistoro della Sacra Regia coscienza, Conte Beria Consultore, Don Nicolo Pensabene Presidente Avvocato Fiscale del Tribunale della Regia Gran Corte, Don Francesco Maria Cavallaro Giudice della Gran Corte Civile, e Don Ignazio Perlongo Avvocato Fiscale del Tribunale del Real Patrimonio l'incumbenzia di tanta premura, e rilievo, confidenci tutte l'opportune potestà, e giurisdizioni necessarie ad usarsi per il conseguimento di sì importante fine: E perche non solo conviene, che fosse manifesta a tutti la Real determinazione, mà anche cognosca ogni uno come da sua parte debba corrispondere all'obbligo di buon Vassallo di S. M. sù l'osservanza dell'accennati Privilegi, consuetudini, preminenze e regali, e quali sino le pene s'incorreranno da Trasgressori. si è divenuto d'ordine nostro alla presente general Notificazione, ed Editto in vigore della giurisdizione, e suprema potestà Economica conferitata da S. M., accioche resti intesa, e notificata ogni Persona di qualsivoglia grado, e conditione sia Secolare, che Ecclesiastica, o Regolare, come arrivando in questo Regno, e sue Isole coadiacenti per via diretta, o indiretta qualsivoglia legge, rescritto, diploma, determinazione, bando, editto, dispaccio, privilegio, breve, provisione, ed editto, o lettera in forma publica, o privata, manuscripti, o in stampa, spediti da qualsivoglia Corte, o Potestà straniera, quali immediatamente, o mediatamente venissero, o senza alcuna particular direzione, ed indi apparissero clandestinamente, o in altra maniera affissati in luoghi publici, o privati, o pure con qualche direzione à qualsivoglia Persona publica, o privata, Giudici, Magistrati, Superiori, d'ogn'ordine, confesso, e Communità, Rettori particolari, o universali ai qualunque conditione di ciascuna Città, Provincia, Diocesi, e Università del Regno, o di sue Isole Coadiacenti, non se li dovrà dare nessuna fede, esecuzione, ed osservanza, o se pria non fossero resti autentici, legali ed eseguibili nella forma sempre costumata, si per dritto di legge particolare, e consuetudine legitime, rescritti in questo Regno, come per altra universale ragione toccante ad ogni Sovrano ne' suoi Domini Avvertendosi ogni uno che mai debbano intendere si resti autentici, ed eseguibili li rescritti stranieri, ed altri sovraccennati, se prima non fossero segnati dal Reo Exequatur per via dell' Avvocato Fiscale del Real Patrimonio; à chi vien commesso l'esame di riconoscere, se racchiudono pregiudizio, o apportino diminuzione, o lesione alcuna agli antichissimi Privilegi, Legge, Consuetudini del Regno, o pure à dritti della Real Corona di S. M., e preminenze della Legazia Apostolica, e Regia Monarchia; E dandosi diversamente fede, osservanza, o esecuzione, si notifica, ed intima in vigore della presente Notificazione, ed Editto alli Controventori, e Trasgressori, se saranno Ecclesiastici, o Regolari l'occupazione de' beni temporali, e come sediziosi, e perturbatori della publica quiete, avessero fra il termine di giorni quindici da partirsida questo Regno, e non entrare in Parte, Luogo, Terra, o Città del Dominio di S. M. e se saranno Laici, e Secolari se gli notifica, ed intima la maggior disgrazia di S. M. ed altre pene le più gravi ad arbitrio nostro etiam usque ad mortem naturalem inclusivè. Ed accioche venghi alla notizia di tutti, s'ha fatto la presente publica dichiarazione d'affigersi ne i luoghi soliti

N

che

Narrat post revulgiotem Brevis super observantia Interdicti Civitatum, ac Diocesium Catanensis, & Agrigentinae factam in Regno Sicilia, fuisse ibidem quoddam Edictum Potestatis Sæcularis publicatum.

Tenor ejusdem Edicti.

Motivum deputationis cujusdam Coetus, sive Juntae pro conservandis juribus Regiis.

Interdicimur executioni cujusvis Refcripti, Brevis, & Ordinationis provenientes ab extera Potestate, nisi præcedat Regium Exequatur.

Prescribitur forma servanda in conceptione dicti Exequatur.

Contravenientibus, sive sint Ecclesiastici, sive Sæculares, poena indicitur.

NO 14.

ario rio.

pr. in m. h. a. r. a. t. i. o.

ben. imp.

29. oris

io.